

vivis imaginibus desingi. Sed ista desino persequi, ne me ipsum irrideam. nam haec ipsa quae ex tempore effudi non satis coacta, vereor ut vobis nequata & putida videantur. Respondi (opinor) singulis Epistolarum tuae partibus, nisi addendum sit, quod prolixè excusas, nobis relictas ad popularis tui cenam itum esse. Iniquus sem profecto si id tibi successerit. Decet illum priores partes apud te habere, vel in epistola vera nos scribas, dum innumero fidelium amicorum habeamur. Illud modo me subtristem fecit, quod ab illa Theologica cana sic inflammata redisti, ut nobis tanquam irrequietis & scilicet hominibus: malediceres prohibere. Scripsit D. Polyandro me potius ἀπολογεῖσθαι esse, & in alteram partem provocare, non satis alacri animo subeuntem certamina in propugnatione eius doctrinae, qua sanctis sua vita, DEO sua gloria constat. Nuper cum me Magister navis quaestionibus invitum ac tergiversantem in arenam protaxisset: respondi ἀπολογεῖσθαι. id est feci permissu Cos. & Scholarchae. paulo post in Curia me graviter accusavit, quod calumniosè adversus ipsius dignitatem invecus essem. Respondi, falsor, in falsis quaestionibus falsè fortasse, citra calumniam tamen.

Tum si quis est (ait Comicus) qui dictum in se inclementius existimavit esse sic existimet. Responsum, non dictum esse. Senatus frequens cum ibi adesset, auditis utraque iustificacionibus, dixit primum utilitatem rationis summa à conspectu removeretur, deinde ut suo uterque loco pacem colentes, calamitas parceremus. Quod equidem amplexus sum libens, & praestabo donec per Meninum licebit. Haec narratiuncula te spectat ut intelligas vir optime, nullum hic à me editum esse irrequieti ingenij signum. Sed quoniam, haec te expurcas in Epistola ad Ervichium: tuae conscientiae potius, quam Antonij querimonij credo. Tum si quid ut absot, duriuscule in Jure dictum sit, ex animo remitto. Tantum per communem fidei sensum vehementer abs te peto (quoniam nihil tam solide dici aut scribi potest, quod homines ingeniosi suis argutis non queant convellere) si fors ea quae respondi quaestionibus ad te mittantur: ne istius Sophisticien adjutor. Quod si feceris, de industria sopitam hunc ignem suscitaveris, nosq; in nova certamina miseris, Quod neq; amicitiae bonorum dignum sit, neque mea de te Regi tuis studijs expectatione. Vale. Valeat Vxor cum liberis. Salutamus tuam cum Dn. Helmanno Cos. cum D. Mensone cum D. Polyandro viris sane optimis quorum magno desiderio sumus. Bremae Nonis Februarij. Ἐν ἀπολόγῳ καὶ ἐπιπέπῳ Θεοῦ.
Custos Juvenum
Johannes Molanus.

Pax Christi. [An unbraunt]

N. 316)

[=tror.

a. 12.

N. 312]

Magnifice Dn. Pecane, vir multis nominibus clarissime, conditueram cum Joh. Formanorio, ex hoc nostro carcere Scholastico, usque ad arcem Castrorum pedibus proroperet. Tum ut de Caspare Giliolo percontarer, quid agat? Esequando ad nos redierit, si quales, quantosq; dum abest fecerit progressus? Quem ut in rebus amici, perplexis illis quidem: sed in tua manu positus a tua bonitatis prudentia consilium peterem, & auxiliator forem. Sed Johannes ille mercator, qui se Molanum comitem assumpturum, nescire me voluit tempus, quo se in viam daturus esset. Abijt me relicto, & aegre ferente. Veniem ego (si DEUS volet) ad filium cum pedagogo, veniam alias temperavius, quando videlicet Zephyris spirantibus frigora minus laedent senile corpus. Amici vero rem nunc quando pedibus nequeo persequar scribendo, vehementer te rogans, ut meam hanc de tua benignitate fiduciam, quae me nunquam frustrata est, non iniquo animo patiaris. At Johannes Schuyrmannus est, olim dilectus discipulus: nunc in arumnis Scholasticis socius & collega. Ei nuper Excell. G. magno praesidio freti, impetravimus ut earum rerum quas domi habebat, prius aliquam auctio nem facere posset: quam domicilio suo excuteretur. Et vendidit quidem ipse quae, cunq; potuit, quorum pretium nondum in arca est, sed in tabulis debetur. Quaedam adhuc vendi non potuerunt. Interea missum est à generosi Comitris Clementia edictum severius. De portu hac in illis conspiciatur regio nibus. Quid faciet miser in tanta discrimine veniem suarum? Habet adhuc illa aedificas, habet boves, quarum sac te haecenus usa est Vxor ad infantem alendam. Habet postremo debita quaedam tum frumentaria, tum pecuniaria, quibus exigendis, aut alienandis, nisi adveni & redeundi impunitas.